

Diaskepsis historico-philologica de capillamentis vom Barücken ... / [Valer Erfurth].

Contributors

Erfurth, Valer, active 1673.
Friderici, Valentin, 1630-1702.
Universität Leipzig (1409-1953)

Publication/Creation

Lipsiae : Typis Joh. Erci Hahnii, [1673]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ed7r9ptg>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

78654

7

Q. D. B. V.

ΔΙΑΣΚΕΨΙΣ HISTORICO-
PHILOLOGICA
DE

CAPILLAMENTIS

Vom

Barücken /

Quam

Inclytæ Facultatis Philosophicæ Con-
sensu in Majori Principum Collegio

sub

PRÆSIDIO

VIRI CL.

M. VALENTINI FRIDERICI,
SS. Theol. Baccal. Facult. Philos.

Adsefforis,

*Dn. Fautoris ac Præceptoris sui omni honoris cultu
æviternum prosequendi,*

publicæ Eruditorum cynosuræ subjiçiet

AUTOR

VALERIUS Erfurth / Weissenfelsensis,

Magisterii Candidatus,

ad diem XXII, Januar. ANNO

της τς λόγς ενανθρωπήσεως

CLC LXXIII.

LIPSIÆ,

Typis JOH. ERICI HAHNII,

78654

Lucianus:

Τὸ φιλόκαινον πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάχει.



Typis J. J. E. R. I. C. I. H. A. N. N. I. I.

ἔϋ! ἔϋ!

Clarissimum illud a) Clarissimorum Athe-
niensium, Ἀνευ προοιμίας καὶ παθῶν, hâc et-
iam vice nobis dictum arbitrati, rem meritò
ipsam, sequenti processuri ordine, statim adgre-
dimur. Sit itaq; abjectò omni longioris antelogii,
Ξὺν θεῶ παλάμη

CAPUT PRIMUM

De

CAPILLAMENTORUM

ΟΝΟΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

§. I.

NEq; ἀναίτιως. Si enim, juxta *Horatianum* illud, vel b) coecus
adspiciendus est, si, quid svadeat, quod non sit inutile; quidnè
potius ille τῆς ἀληθείας Φιλόσοφος c) quò nemo doctior d) nemo

A 2

acii-

a) Hoc præco quondam in concione dicturis suggerebat. De quo amplissi-
mum illud cornu copiae *Adag. Erasmi* compluribus. b) *Horatius l. i. Epist. ad*
Sæb. v. 4. Non ergò semper valet Græcorum illud tritissimum: Μήτε τυφλὸν
ὀδηγόν, μήτε ἀνόητον σύμβουλον: Siquidem, juxta *Hesiodum*:

Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίρων εἶπεν.

Adnot. A. Gell. noct. Attic. l. 2. c. 6. f. m. 19. edit. Argent. Cui suffragari videtur *Cice-*
ronianum illud: Summi Imperatores non nunquam magnis in tempestatibus
admoneri solent. *in quest. Tusc.* vid. etiam *Sophocli. in Trachin. v. 60.* c) *Aristo-*
teles, sic nuncupatus à Præceptore suo, Platone, quem per viginti annorum spa-
cium audierat. Cujus vit. descr. *Plut. fol. m. 385. seqq.* ut & *Phil. Mel. tom. 3. præf. in*
orat. paneg. p. 359. seqq. d) *Urf. l. 3. coll. 5.* Reliqua ejusdem encomia *Electa Scalige-*
rea h. e. Julii Cæsaris Scalig. sententiæ, præcepta, definitiones, axiomata ex uni-
versis illius operibus selecta operâ Itabyrionis, tanquam in fasciculo quodam
omnia exhibent p. 61. seqq.

acutior, nemo in rebus vel inveniendis, vel judicandis accuratior,
πρὸς τὸ λέγων, διδάσκειν δὲ πρῶτως ἐξελάσει τὰ ὀνόματα. e) Prae-
fertim quum his cedro dignissimis id svadeat, quod non solum ante
ipsum omnium Sapientissimus f) *Socrates*, omnium oculatissimus
g) *Plato*, verum multi post ipsum quoque; h) alii non utiliter minus,
quam sapienter observare consueverunt.

§. 2. Quod primò igitur omnium hanc in nominis ἐξελάσει Ety-
mologiam concernit, eam nec παιδί, quod i) ajunt, καὶ τυφλῶ γνώ-
ριμον εἶναι ambigo. Quia ductus etiam causa paucis saltem, ne κα-
κοζήλως forsan Lynces videre docentem imitari videar.

§. 3. Deducitur ergo capillamentum ab Adjectivo verbali ca-
pillatus, i. e. multos seu longos crines habens, crinibus abundans.
Sicuti inter alia hoc sensu descriptum conspicitur fictum illud Græ-
corum

e) *l. i. prior. c. 1.* Alibi sic: Δεῖ τοίνον τῶν ὀνομάτων ἕκαστον εἶναι γνώ-
ριμον &c. *l. 2. Metaph. c. 5.* f) σοφὸς σοφοκλῆς, σοφώτερος εὐρυπίδης,
ἀνδρῶν δὲ πάντων σωφώτατος ὁ σωκράτης. Hunc in modum Apollinem
quondam Charephonti respondisse fertur, qui literarum studio adeo deditus fuit,
ut macilentiam ac pallorem inde contraxerit. Hinc Φιλέλληνες insigni-
ter studentem ac sudantem delineaturi, Οὐδὲν, παρημιμακῶς λέγεις, δια-
φέρεις τὸ χαρσιφῶντος. Cujus meminit *Suid.* g) *Philipp. Morn. de Ver.*
Relig. Christ. c. 20. Hunc, Platonem scilicet, Romanae eloquentiae Parens tanti fe-
cit, ut etiam dixerit, se malle cum Platone errare, quam cum aliis verum dicere.
Et idem de ejusdem dialogis, Si, inquit, Jupiter ipse oratione uteretur, non ali-
ter, quam Platonis dialogis esset locuturus. *Plut. in vita Cic. fol. m. 349. col. A.*
num. B. Sic: *Philipp. tom. c. in vita Plat. pag. 349.* Insuper *Augustinus* notat, il-
lum inter semideos quondam prorsus fuisse numeratum. *lib. 11. de Civ. Dei c. XIV.*
Verba Platonis ipsa huc quadrantia ita sonant: Πρῶτως τὸ τῆς Φωνῆς ση-
μαινόμενον δεῖ ἐξελάσειν ὅς ἐστι γὰρ ὀνομαζώδης μεγάλην ἔχει ῥοπήν πρὸς
τὰ ἐπόμενα. *In Cratyl.* Ὅς ἂν ὀνομαζώδης καὶ πραγμαζώδης defini-
tionem *Aristot.* praebet sequentem: Ὀνομαζώδης ἐστὶ λόγος σημαίνων τὸ
ὄνομα, πραγμαζώδης λόγος τὸ πῆν εἶναι σημαίνων, *lib. 2. poster. c. 10. Topic.*
1. c. 5. h) Stoicorum plerique. *Kirchm. in lib. de annul. elegantissimo c. 1. p. 1.*
Isidorus Hispalensis: Cum videris, inquit, unde ortum est nomen, citius vim ejus
intelliges *lib. 1. orig. t. 26. p. 122. Scaliger* à nominibus auspicandum. *Exerc. 359.*
i) Comicorum *Εὐτραπελώτατος* *Aristoph. in Plut. pag. m. 6 v. 49.* ubi hac
extant:

τῶ τῆτος κρίνεις, δηλονότι ἢ καὶ τυφλῶ
γνώριμον δοκεῖ τῆτος, ὡς &c.

vid. supra laud. *Adag. sub tit. Perspic. f. 581. edit. Hannoθ.*

corum ac Romanorum k) simulacrum, his occasio, illis verò τὸ καιρὸν adpellatum hōc πολυθρύλλητω: l)

Fronte capillata est, postica occasio calva.

Profluit autem ex verbo, eoq̄ve penè m) inusitato capillo, or, qv̄od originem trahit à Nom. Subst. capillus, dicto nonnullis n) qv̄asi capitis pilus. Cujus acceptionum diversitatem Lexicographorum χειραγωγία passim qv̄am plurimis.

§. 4. Cæterum non possum non attingere capillamentum Græcis audire τὸ τρίχωμα. Qv̄od, juxta communem τῶν in μα desinentium Analogiam derivatur à i. perf. præter. perfect. pass. πετρίχωμαι, capillatus, comatus sum redditus: ita enim videntur ii, qv̄i ejusmodi τριχώμασιν utuntur, licet κατ' ἀλήθειαν tales non sint, qv̄ales externò qv̄idem adspectu præ se ferunt. Thema à qv̄o hoc formatur est τριχόμαι, ἔμαι, cujus Activum τριχόω, ᾧ i. e. pilosum, capillatum, comatum reddo, capillos induco. Venit à vulgari Subst. θρίξ, capillus, crinis &c. dicto ἀπὸ τῆς θριξίν ο) à metendo, demetendo, Ratio: qv̄ia capillus, qv̄ando detondetur, demeti qv̄asi videtur.

§. 5. Circa Homonymiam observandum, capillamentum 1) accipi pro capillorum congerie p) reali, seu complexu q). Qv̄ò nomine veniunt die Peruquen/ Barücken/ Thouren/ Zöpffe/ Haarlocken. 2) pro capillamentis radicum & seminum, für r) kleine/ lange/ dünne Würkeln/ die in den grossen neben zu/ oder unter sich wachsen/ die Zäferlein an Würkeln: Exemplum hujus præbet Columella s) isq; scriptor elegantissimus: Qv̄i, inqviens, in eo errabant, qv̄ò primi anni capillamenta radicum & seminum intacta patiebantur &c. 3) pro herba croci, qv̄a Plinius hanc saltem mentionem facit, t) qv̄od sit folio angusto. 4) pro capillamento picto. §. 6.

k) Occasionem graphicè depictam offert Auson. in Epigr. qv̄od incipit: Cujus opus? Phydæ &c. vid. etiam Posidipp Epigr. à Lil. Girald è Græca conversum, apud Gvid. Panceroll. p. m. 191. Item Alciat. Epigr. apud eundem p. 192. l) Reperitur inter moralia Catonis disticha, qv̄æ tanto olim in precio fuerunt, ut etiam multos gravissimos ac doctissimos viros non puduerit, ea memoritèr discere, vid. Scal. l. c. m) Usurpatur enim à Plinio. Polytrix, inqviens, in viridi capillatur, sed comarum defluvium facere dicitur, cit. Catop. in dictionar. n) non omnibus. Sunt enim, qv̄i simpliciter malunt à Caput. Qv̄orum in numero etiam Martinius, velut ipse testatur in Lex. suo Phil. o) Scap. sub voce θρίξ. p) Mart. l. c. q) Egregia recens Fabri editio omnium optimè. r) Thes. Lat. Lingv. Decim. s) L. Columella lib. 5. t) Plin. lib. 2. natural. histor. c. 6. fol. m. 348.

§. 6. Verum enim verò quum hæ ultimæ σημασία παρέσθην
 πρὸς χορδὴν ne quidem minimum: idcirco, missis iisdem, hanc
 tantummodo solam amplectimur, quâ priori statim loco notabatur
 sine Βαρισκε / Ξhoure etc.

§. 7. Nec prætereunda denique in Nominali hac nostra defini-
 tione ejusdem πολυνωμία, vel, ut Stoici loquuntur, Synonymia.
 Hæc enim imprimis gaudent sequentia: Galerius vel galerum u) ga-
 lericulum, w) caliendum x) περικόμιον γ) πηνίκη seu Φενάκη z)
 κρωβύλας seu etiam παροξύλωνας aa) κρωβύλας, κόρυμβας, σκορ-
 πίαις bb) κόμη περιόθειαι, κόμη περίθειαι cc) futile ac textile capil-
 lamentum dd) crinis hypocriticus ee) coma insititia ff) capillus
 supposititius gg) coma ascita, ascititia hh) apposititia ii) falsus capil-
 lus

u) vid. Casaub. animadv. p. 495. in Svet. Ner. c. XXVI. p. 204. w) Ejusd.
 animadv. p. 536. in Othon. c. XII. p. 224. x) Papias: Caliendum, capillatura, sup-
 posititius crinis pro naturali ornatu capitis: vel, quò ad ornandum crines capitis
 utuntur, refer. Mart. Horatium priori sensu usum fuisse, quando cecinit:

at illa currere in urbem,

Canidia dentes altum Sagana caliendum. l. i. Serm.

veterum Scholiastarum plerique autumant. Quibus etiam suffragari videtur
 cit. recens Fabri editio, Solebant, inquam, vetula edentula & calva, ut fœdita-
 tem suam tegerent, arte factos dentes inferere, & falsam comam adponere. Hoc
 ergò, concludit, Horatius caliendri voce significat &c. γ) Poll. l. 2. z) ἀπὸ τῆς
 Φενάκῃς, à fallendo, decipiendo, juxta Eustathium. Cui tamen ex diametro
 quasi repugnat Stephanus: Ego, inquam, certè non video, quomodo Φενάκη à
 Φενάκῃς immediatè, ut ita dicam, deduci queat, sed dixerim potius à Φενάκη
 esse Φέναξ, ex quo Φενάκῃς: aut potius (sequendo alteram deductionem)
 à nomine Φέναξ esse Φενάκη & Φενάκῃς. vid. tom. ejusd. IV. thes. Græc.
 lingv. f. m. 78. aa) apud Suid. Schol. Aristoph. & Eustath. bb) Hanc vocabulo-
 rum trigam Eustath. sic distingvit: πλέγμα τριχῶν εἰς ὃξὺ ἀποπλήγον ὃ
 ἔπι ἀνδρῶν κρωβύλας, ἔπι γυναικῶν κόρυμβας, ἔπι παιδῶν σκορ-
 πίαις ἐκαλεῖτο. cc) Musa Attica, cujus (Cic. teste in orat. de Sen.) sermo melle-
 dulcior, l. i. παιδ.

Sed quia calvitium naturâ turpe videtur,

Illud hypocritico crine sophista tegis.

ff) Cæl. Rhod l. VII. antiq. lect. c. XXIII. f. m. 317. B. gg) Lotich. comment. in Pe-
 ron. l. 2. c. IV. p. 173. hh) Nazianz.

Ne caput ædifices ascito fœmina crine,

ii) Palladius rerum rusticarum scriptor.

lus, *kk*) adoptiva *ll*) coma aliena *mm*) emtitia *nn*) adulterina *oo*)
accomodatitia *pp*) &c. Talmudicis dicitur *qq*) פנה כריו
i. e. Angulus alienus, seu crinis alienus angulorum capitis & fron-
tis. Tantum de Ονομασολογία. Sequitur nunc, svadente Οταξίας
μεθόδω,

CAPUT SECUNDUM

De

CAPILLAMENTORUM

ΠΡΑΓΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

§. 8. Ut ergò & hæc cujuslibet oculorum aciei clarè atq; per-
spicue proponatur, considerandum 1) arbitror λόγον τδ τί ἐστίν, sive
ὄρισμὸν seu definitionem, 2) τὴν τδ ὄρισμῶ εἰς μέρη ἀνάλυσιν, ἢ δι-
αίρεσιν, vel divisionem.

§. 9. Definitionem constituimus sequentem: *Capillamentum*
est congeries crinium, ab hominibus contexta, ad protegendum, vel or-
nandum caput.

§. 10. Genus est *congeries*, quia terminus hic latior suo defini-
tò, quippe qui etiam de lapidum, tritici, lupuli, aliorumq; conge-
rie hinc inde usurpatur.

§. 11. Differentiam quod attinet, illa desumpta est à causis, ef-
ficiente scilicet, materiali, formali, & finali. De quibus singulis sin-
gulatim.

§. 12. Causa capillamentorum Efficiens, ὡς ἀπλῶς εἶπεν, sunt
homines, à quibus contextuntur, formantur, conficiuntur. Hos *Ran-*
gon vocat *rr*) capillamentarios, item capillamentorum magistros.
Græcè forsan, si ὀνομασποιεῖν liceret, haud ineptè adpellari possent
τριχωμασποιοὶ, conveniret etenim cum Germanico nostro *Barbic-*
fenmacher; adde, quod aliàs multa quoq; ejusmodi ἄπο τδ ποιεῖν sic
formari soleant. v. g. χρημασποιοὺς, μαχαιροσποιοὺς, χαλινοσποιοὺς, τει-
χοσποιοὺς, χλαμυδοσποιοὺς, ὠδοσποιοὺς &c. De quibus *Scap. Steph. Gesn.*
& alii.

§. 13.

kk) *Mart. l. 6. epigr. 57:*

Mentiris falsos unguento Phæbe capillos.

ll) *Chabot. in Horat. l. c.* *mm*) *Hier. l. 2 Ep. 18.* *nn, oo*) *Lotich. l. c. & Mart. l. 6.*
Epigr. 12. ad Paul. Fabull. *pp*) *Steph. sub voce Φένναξ.* *qq*) de eo disputant
Talmudici Schabb. c. 6. f. 64. 2. Nasir. f. 28. *rr*) *in lib. de capill. sing.*

§. 13. Sed paulò ad rem propiùs. Quibusnam ex his, de quibus dictum hominibus, mirum hocce capillamentorum *εὐρημα* propriè competit?

§. 14. Gallis, inquit vulgus, nec ulli gentium ante hos alii.

§. 15. Verùm hoc vulgus *ἀνισορήτως* satis καὶ ἀβελβαίως maxime: utpote qui ex veritate pauca, ex opinione verò multa æstimat, sicuti Cicero ss) verè simul ac sapienter loquitur. Multò autem aliud Eruditorum probant historiæ. tt)

§. 16. Probant enim haud obscure, capillamenta, seu, quod idem est, galericula, jam antè non solùm in usu fuisse apud Romanos, verùm etiam apud Græcos & Persas; quid? quod apud Medos quoq; & Hebræos.

§. 17. Apud Romanos in usu fuisse testatur Svetonius, qui uu) maximorum quondam Principum familiaris fuit, de Caligula scribens, ww) quod ganeas & adulteria celatus obierit capillamento xx). Et idem de Claudio yy) Nerone, quòd post crepusculum statim, arrepto pileo, vel zz) galero, popinas inierit, circumq; vicos vagatus fuerit lubibundus. Sic itidem gemellâ ratione de Othone aaa) Sylvio, quòd modicâ fuerit staturâ & male pedatus, scambusq;. Mundi-
tiarum verò adeò muliebrium, vulsò corpore, galericulo bbb) capi-
ti pro-

ss) in Orat. pro Rosc. Et pro Planco: Non est, inquit, in vulgo consilium, non ratio, non discrimen, non diligentia. Hinc Plato: Οὐκ εἰς σπερδαίης γε κατὰ Φεύγεις, εἰς τὰς πολλὰς ἀναφέρων. in Alcib. tt) Cicero: Historia, inquit, est testis temporum, lux veritatis, magistra & memoria vitæ, nuncia vetustatis. lib. 2. de Orat. uu) Bacl. in epist. dedic. ad Daniel. Imlinum. ww) Sveton. C. Calig. c. XI. pag. m. 137. edit. Argentorat. xx) Interpres Casaubonus inter alia hunc in locum sic commentatur: Capillamentum est πηνίκη. Autor Satyrici, evocatumq; me non decoro minus exornavit capillamena, imò commendatior vultus enituit, quia * flauorum corymbio erat. Puto, scribendum, quia flaveo ornatum corymbio erat. Svetonius in Othone galericulum vocat p. 410. yy) Sveton. de Claud. Ner. c. XXVI. p. 204. zz) Interpres: καὶ ἐδόκει μὲν πῶς λαθάνειν καὶ γὰρ ἐδῆσι ποικίλαις καὶ κόμαις περιθετοῖς ἄλλοτε ἄλλαις ἐχρῆτο. ἠλέγχθη δὲ ἐκ τῆς ἀκολυθίας καὶ ἐκ τῶν ἔργων. Ex Dione. aaa) Sveton. in Oth. c. ult. p. 242. bbb) Interpres: Veteres quum capite nudo essent, & calviciem urbanorum dictis esse obnoxiam experirentur, ad eam celandam instituerunt pelles quasdam parare, appositis crinibus humanis, sic, ut aptata capiti, cutis vera, non coma adscititia videretur p. 536.

ti propter raritatem capillorum adaptatō, ut nemo dignosceret.

Huc etiam facit Satyricum illud *Juvenalis* : ccc)

Claudius audi

Quæ tulerit. Dormire virum quum senserat uxor,

Ausa Palatino tegetem præferre cubili,

Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.

Linqvebat, comite ancillâ non amplius unâ;

Et nigrum flavô caput abscondente galero,

Intravit calidum veteri centone lupanar.

Nec minus quod *Ovidius* cecinit : ddd)

Fœmina procedit densissima crinibus emtis,

Proq̄ suis alios efficit ære suo.

§. 18. *Græcorum* capillamenta exemplum *Aglaidis* ostendit, πολυ-

κορη τῆς eee) *Megaclis* filiæ, quæ *Rhodigino* teste, à deliciis haud

abesse sciebat, galericulo sive adventitia coma cōtegebat caput; Nec

minus Exemplū *Hannibalis*, Ducis *Carthaginiensium* fff) celebratis-

simi, qui apposititias parabat comas, quæ convenirent insignioribus

ætatum discriminibus, elegantiori vestitui, hisque subinde mutatis

utebatur. ggg) Adhæc in propatulo est, tantam olim in Græcia fuif-

se capillorum copiam, ut etiam extraneis εἰς ἀγοράμια vendiderint.

Quod ipsum *Stagirites* sequenti testatum fecit historia, quam *Cælius*

hocce modo refert : hhh) Erat apud *Mausolum* *Cariæ* Regem, *Con-*

dalus, cujus post Regem facilè primus erat dignitatis gradus, ὑπαρ-

χον *Græci* vocant, atque is, ut videtur, *Lyciæ* præerat. Cùm operæ

pretium arbitraretur, quàm plurimum posset pecuniarum ad Re-

gem mittere, aut etiam sibi congerere, lepidō commentō *Lycios*

conscripsit, siquidem intuitus illos ἀγαπῶντας τὸ τεύχος φέρειν

h. e. comam gratè impendioque nutrire, finxit sibi à *Mausolo* allat-

tas esse literas, quibus injungeretur ut capillos mitterent εἰς ἀγορά-

μια: ea videtur celebritas quædam deponendæ comæ, quò nomine

oportere illos attondi. Quod si verò præstitutam pecuniarum sum-

nam exolvere in animum inducerent, missurum se, qui ex *Græcia*

B

capil-

ccc) *Satyr. 6.* ddd) *de arte amand. 6. 165.* eee) Coenam enim sic approbat,

ut carniū minas absumeret decem, panum chœnicas quatuor, vini hauriret.

χοῶ. *Rhod. l. 8. antiq. lect. c. XL. f. 410.* fff) *Plut. in vit. ejus f. 94. seqq.* ggg)

Quidas. hhh) *lib. 16. antiq. lect. XX. f. m. 824. edit. Basil. Aristot. l. 2. Oecon. c. 1.*

capillitium affatim adferret. Id quòum Lycii amplius perpendissent, & comæ delicias in magno reponerent, conditionem gratissimè admisère. Atq; ex hoc facetò commentò magna vis pecuniarum est inventa.

§. 19. Usus verò capillamentorum apud *Persas* quoque viguisse, non fanè est, quod ullum in dubium vocemus, longiusve hìc percontando moremur. Si enim, *Valeriò iii*) teste, Rex eorum omnium *kkk*) maximus tantum olim in luxum effusus fuit, ut propositis præmiis ubiqve conquirenda curarit nova deliciarum ac voluptatum genera, quidni etiam capillamenta, & imprimis capillamenta Medorum ut proxima? Præsertim quòum hæc ipsa tantum olim hominibus leporis ac pulchritudinis addiderint, ut spectantium animos haud quòque rarò in admirationem traxerint maximam. Hinc etiam *Cyrus III*) cum matre aliquando in Mediam profectus, visò *Astyage*, adpositis (fictis) comis ornatò, præ nimia admirationis magnitudine in hæc erumpebat: *O quam pulcrum avum habeo!*

§. 20. Fuisse apud *Hebræos*, ex *Esaiæ μεγαλοφωνοῦ*, quem admodum *Chrysofomo* audit, *mmm*) probabiliter demonstrari potest his *nnn*) verbis: **וְהָיָה תַחַת מַעְשָׂוֹ מְקַשְׂרֵי קַרְקָרָה**. Et erit, ut *Arias* vertit, pro opere calamistri [opere & calamistro propter saghol sub Maaseh ex mente *ooo*) *R. Abendanæ*] calvitium.

§. 21. Et posito, id non satis patere ex Scriptura, (quod tamen verisimile: siquidem nihil ab Hebræo populo, quod ad superbiam, faceret, fuit omissum) multi ipsorum commentarii id satis superq; probant, quod intendimus. *Targum* ad *Esaiæ 3, 16.* his verbis: **אֵלּוּ יִפְתְּרוּ מִקַּפְּנֵי** Eunt & angulos (capitis sui) circumdant, alienis scilicet crinibus. Sic & *R. Salomon ppp*) **וְהָיוּ קוֹשְׂרוֹת פִּיאוֹת נְכַרְיוֹת** קליעות שערות תלושון כורכורת עם קליעותיהן שיראו גסות וטפופות *Alligabant comas alienas i. e. plicationem sive cirrum-*
capil-

iii) *Val. Max.* *kkk*) Referunt enim historiarum patres magnitudinem ejus (Xerxis scilicet) se se extendisse in CLXX myriadas, i. e. decies septies centenas millia. Myrias enim, uti notum est, numerum significat continentem decem millia. *III*) *Xenoph. lib. 1. παρδ.* *mmm*) vid. *M. Joh. Böttiger in Isag. Hist. sect. 2. period. 3. von der Kirchen-Historia des Alten Testaments und andern Alterth.* lib. 1. p. 51. *nnn*) c. 3. v. 24. *ooo*) in *Michlol Jophi pag. 88. 2. in med.* *ppp*) ad prædictum *Esaiæ* locum.

capillorum evulsorum circumligabant cirris suis, ut viderentur crassi & aequales vel complanati. Huc faciunt præterea, quæ extant in qqq) Talmud sequentia: בין משלה בין משושי שער בין משרה בין משהו בהמה בין משהו בחיה בין משושי שער בין משושי שער. Egre ditur mulier cum filis capilli seu sui, seu socia, seu bestia. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τῶν ποσειάδων ἐπιμωτάτης δαψιλεστάτης μεθέξουσιν.

§. 22. Quibus breviter in solis mensam positus, quis quæso adeo talpæ cæcitatibus est, ut non videat, capillamenta potius ab aliis, quam à Gallis orta fuisse? Si quidem ἐκ τῶν λελεγμύων ἀυτὸμάτως apparet, nullam jam ante ipsos fuisse gentem, apud quam hæc quoque ipsa non vigerint. Quamquam nemo nostrum negatum ibi, in usu apud Gallos præ adhuc reliquis fuisse maximo &c.

§. 23. Efficiente capillamentorum qualitercumque sic prælibatâ, perveniendum quoque nunc est ad ipsam eorundem materiam, ex qua fiunt.

§. 24. Hanc definitio nostra visendam præbet voce Crinium, Festo, ut & aliis, ἀπὸ τῆς κρινεῖν, h. e. discernendo, distinguendo, seu dividendo nuncupatorum. Causam hujus deductionis Salmasius rrr) ministrat in Exercitationibus suis, quando dicit, omnes quondam mulieres comam à fronte divisisse discriminali acu, hocque discrimine easdem à virginibus (quæ cirratæ erant) distinctas fuisse. Ut ut verò ornatus ille, quem, sicut idem loquitur, Græci ἀκροεῖον vel ἀκροεῖμα vocant, omnium erat simplicissimus, nihilo tamen minus quancumque ommissus, caput adeo deforme reddebatur, ut nihil supra. Hinc Apulejus tanta, inquit sss), est capillamenti dignitas, quamvis auro, veste, gemmis, cæteroque mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri.

§. 25. Commodè autem, ut revertamur unde paulum digressi sumus, distingui possunt in proprios, & alienos.

§. 26. Proprios adpellamus eos, quos sibi nonnulli ἀυτὸπροσαρτέως ac sponte sua abscindi sinunt, posteaque in galericulorum formam contextos ipsi capillis suis solent imponere.

§. 27. Horum nunc ἀνικείμενοι sunt alieni, ii que vel hominum, vel brutorum.

qqq) Tr. Schabb. cap. 6. fol. 64. 2. linea 4. seqq. edit. Amstelodamensis. rrr) Plin. Salmaf. in Solin. polybist. part. 2. fol. 759. num. E. seqq. sss) l. 2. de Asin.

§. 28. Hominum crines iterum sunt vel à viventium capitibus detonsi, vel à mortuorum.

§. 29. A viventium capitibus detonsi majori semper venduntur precio, vulgoq; audiunt lebendig Haar: à mortuorum verò capitibus minori, & vocantur todt Haar.

§. 30. Utrosque autem sicuti jam olim Lycii à Græcis, & aliæ nationes ab aliis accipiebant: ita & hodiernum nostrates capillamentarii ab Hollandis accipiunt. Eorumq; sanè non paucos, sed ingentem ac penè immensam copiam; imò quod facile adfirmare ausim, plerosque: siquidem tam ex αυτηκοία, quam ex ipsa quoq; αυθψία demonstrare possumus, superioribus nundinis hic Lipsiæ ab iisdem pro 1600. thalerorum pretio venditos fuisse.

§. 31. Comparantur autem à τριχοπώλαις, sive ab ejusmodi hominibus, qui eos revendunt modò perquam variò: vel enim coëmunt eos à Monachis in cænobiis & Monialibus; vel ab iis, qui in πλωχοτεροφείοις degunt; vel à quibusdam aliis ad extremam paupertatis lineam redactis. Taceo, quod haud etiam rarò per torturam examinandis, igne comburendis, patibulo suspensis, decollatis, rotæ impositis, aliisque inhonesto, turpi, ac ignominioso mortis genere extinctis rescindantur.

§. 32. Nec tantum hominum crines ejusmodi capillamentis conficiendis adhibentur, verum, quod profectò maximè αξιοθάυμαστον, pili brutorum quoque animantium; præsertim eorum, quorum pili cæteris sunt longiores, promissioresqve. Quorum in numero ὄχι ἀδίως primas sibi vendicant ii, qui ab equorum jubis & caudis, ut & caprarum tergis ac lateribus rescinduntur; quippe qui & longiores, & frequentiori quoq; in usu nunc temporis habentur. Dico nunc temporis, quia Aristoteles meminit, etiam iii) suo tempore herinaceorum aculeos à nonnullis pilorum vice gestatos fuisse. Quod ipsum tamen γελοῖον magis ac ridiculum, quam vero simile consentaneumqve videtur.

§. 33. Prius insuper quam pedem ulterius figamus, transque ad formam eamus, subiectum ad se recipiens seu adherentia ὄχι ἀτόπως etiam huc refertur. Est autem illud vel Quod, vel Quò.

§. 34. Subiectum Quod ἐν τῷ παρόντι omnes utriusque tam masculini

sculini, quàm sceminini generis sunt homines, qui capillamentis, falsive peruqvis utuntur.

§. 35. *Subiectum* verò *Quò* ipsa sunt capita, quibus fulcris quasi fulcita superjacent, gestantur, nituntur. Et haec tenens quoque materiam, eamque ex qua, cum subiecto adhaerentia. Nunc μέχρη quoque τὸ δύνασθαι contemplemur formam.

§. 36. Contemplemur autem, quoad externè oculis usurpatur. Sicuti enim capillamentum res artificialis est: ita artificialem etiam formam hic exhibere tenemur. Methodi melioris ergò producemus capillamenta 1) ratione *coloris*, 2) ratione *crispationis*, 3) ratione *figurationis*.

§. 37. Ratione *coloris* διχολόμως partimur in *nativum* & *adscititium*. Ille connascitur; hic arte obducitur. Et sicuti colores, autore *uuu*) *Philosopho*, sunt vel *extremi*, vel *intermedii*: quorum illi sunt, color *albus* & *niger*, hi verò *rubeus*, *flavus*, *viridis*, *purpureus*, *cæruleus*: ita capillamenta adfecta coloribus. Sunt autem frequentiora *flava* & *nigra*, rariora *alba*, omnium rarissima cæterorum galericula colorum. Amplissimus sese hic excurrendi campus offerret, qui varii colores fiant ac præparentur; verum πολυελεστάτῃ illius ἀναλώματι memores vela meritò contrahenda putamus.

§. 38. Ratione *crispationis* ἀξιολογητέον, nos hic non agere de *crispatura comarum*, quàm de videatur xxx) *Aristoteles*, sed de *crispatura galericulorum*. Semel fit *funiculis*, quibus crines intorquentur: deinde *bacellis*, eodem propè modo. Posteriori capillamentarii priorem præferunt. vid. *yyy*) *Junius*.

§. 39. Ratione *figurationis*. Planum atque apertum hoc fiet, si partium distinctiones corporis, quibus adaptantur, paulò accuratius consideraverimus. Etenim aliud est capillamentum quòd *vertici*

uuu) *lib. de sensu & sensil. p. 1432. ex quo Stier. Phys. tr. 6. part. spec. c. 19.*
www) De flavis Poppææ crinibus, Guevarra narrat, quod si quis eorundem exciderit, Nero ejusdem amore captus auro statim includendum, Junoniqve sacrificandum curarit. De quo *Horolog. Princip. vid. Proæm. gener. ad Carol. V. 18. p.*
Ex quo postea germanicè reddidit *Joh. Moll. in Allegor. prof. sacr. part. prior.*
xxx) *l. 5. de gener. animal. c. 3.* ubi naturaliter crispitudinis causas prolixè offert. *yyy*) *Junius de coma*, ubi multis de crispatura differit.

zoz), aliud quod *faciei* additur five imponitur. Quod vertici additur, iterum est vel *ὀλικόν* seu totale, quod *totum verticem* tegit, vel *μερικόν* five parziale, quod in communi vocatur *eine Thoure / Zöpfse* / quorum illud apertò vertice nec crinibus clauso & obtecto circulum exhibet. Capillamentum quod *faciei* accommodatur est vel barbæ, vel *superciliorum*: Quæ tamen apud nos non facile adhibentur. Testimonia eorum vide apud *Rangonem. aaaa)*

§. 40. Restat ad Finem nos conferamus. Exhibet definitio nostra geminum his verbis: ad *protegendum* vel *ornandum caput*. Finis ergò (1) *protectio* Quemadmodum enim in moralibus vim vi repellere licet: ita non quoque minus vim frigoris capillamentis possunt abigere percommode. Quòd si non vitio vertitur si quis pedem pluribus induerit tibialibus; si uno item & altero amictus indusio incesferit; cur capillamenta *ἐξ ἀνάγκης* imposita sinistrè interpretemur?

§. 41. Finis (2) est *ornatus*. Quemadmodum enim in multis Scripturæ locis *bbbb)* capilli ipsi commendantur: ita non videtur esse, cur contexta illis galericula vituperemus, curvè caput hisce tegenti unquam succenseremus; quum præprimis ipsæ paginæ *cccc)* sacræ calvicem probro habeant maximo, multiqve eandem sicut *dddd)* olim,

zzz) Adfigitis prætereà nescio quas enormitates sutilium atqve textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis & operculum, verticis, nunc in cervicem retrò suggestum. *Tertull. de scem. cult. aaaa)* *Rangon de capill. c. 8. membr. 7. pag. 187. 188.* *bbbb)* *Numer. 6, 5. Judic. 16, 13. 2. Sam. 14, 26. 27. Cantic. 6, 1. c. 5, 10. Apoc. 1, 14.* *cccc)* *Esa. 53, 25.* *dddd)* *pueri Bethelenses Elisam, 2. Reg. 2, 9. 23. Ovidius:*

*Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.*

Apulejus: Mulier etiam venustissima, si capillitio nudetur, licet illa cœlo dejecta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni gratiarum choro stipata, & toto Cupidinum populo comitata, & balteo suo cincta, cinnama fragrans, balsama vorans, si calva processerit, placere non poterit ne Vulcano quidem suo. *Et D. Ambrosius l. 2. Hex.* Coma, inquit, est reverenda in senibus, veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adolescentibus, compta in mulieribus, dulcis in pueris. Tolle arboris comam, arbor ingrata est, tolle humani capitis capillitium, tota pulchritudo flaccescit. *citant. Rhodig. lib. X. antiq. lect. f. m. 498.* Hinc etiam *Jul. Cesar* quia calvus fuit, ideò nihil acceptius à populo Romano accepit, quam lauream. *alleg L. Domit. Brusson. l. 2. c. XVI. de calvicie pag. m. 159.*

olim, ita & hodiernum fronte excipiant superciliofiffimò, exceptam deludant, delusam despiciant, despectamq; adeò contemnant, ut nihil supra.

§. 42. Verum enimverò sicuti aliàs in omnibus *χρήσις ἀκαταχρησίς* sive usus ab abusu cautè diligenterq; discernendus: ita profectò etiam hác in parte. Palliant *εἴτε*) vitia virtute homines; quod ipsum pari ratione in *τετραχώρα τῆς φρόνης*, ut hòc vocabulò utar, sive in ejusmodi hominibus qui capillamenta gestare consueverunt, haud infrequenter quoque solet accidere.

§. 43. Quemadmodum igitur capillorum cultus sit moderatus, nisi quis sua sponte malè audire velit sapientissimo *ffff*) *Seneca*, aliisq; viris integerrimis: ita nimios capillamentorum quoq; concinnatores modum, qui omnibus ubiq; sapientibus *gggg*) semper fuit *Ἰνὶ πᾶσιν ἀεισέει*, observare decet; ita, ut nec forma omninò negligatur, nec nimis exornetur. Hinc Poëta normam illis præscripsit *bbbb*) notatu dignissimam:

Pectere te nolim, sic nec turbare capillos,

Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.

§. 44. Quà occasionis oportunitate haud forsan incongruè distingvi potest, inter ornare, & inter ornatum nimium adfectare; inter comas alere, & comarum alimentum ultra modum appetere.

§. 45:

eeee) Prodigus liberalis audit; falax humanus, avarus bonus œconomus; Tyrannus magnificus, garrulus eloquens; cui propter ignorantiam aqua hæret, taciturnus &c. *ffff*) *Seneca l. i. de brev. vit. c. 12.* ubi lepidè invehitur in calamistratos adolescentes his verbis: Quid, inquit, illos vocas, quibus apud tonforem multæ horæ transmittuntur, dum decerpitur, si quid proximâ nocte succreverit, deinde singulis capillis in consilium itur, dum aut disjecta coma restituitur, aut deficiens hinc atq; illinc in frontem compellitur: quomodo irascitur, si tonfor paulò negligentior fuit, tanquam vivum tonderet? quomodo ex-candescunt, si quid ex juba sua in annulos suos reciderit? quis est istorum, qui non malit remp. suam turbari, quàm comam, qui non sollicitior sit de capitis sui decore, quàm de salute? qui non comtior esse malit, quàm honestior? Hosne ociosos vocas, inter pectinem speculumq; occupatos? &c. *gggg*) attribuitur *Eleobul. Lyd. Pythag. Phocyl. Hesiod. & aliis. vid. Anton. VValt. Gnomolog. historico-prov. Pindarus Olymp. 13.* canit:

ἔπολα δ' ἐν ἑκάσῳ μέτρον

Νόνισαι δὲ, καὶ εἰς ἀεισεύς.

Horat. l. i. Serm. Satyr. 1: *Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,*

Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Xenoph. in Hipparch. *Τὸ μέτρον ἐννοῶν ὡς καὶ ἀμαρτυροῖς.*

bbbb) *Martial. l. 2. Epigr. in Pannic. epigr. 99.*

§. 45. Et cur, sicut *III*) illa, adeò superbire velimus miselli homunciones, curvè tantas cristas erigere: quùm ne minimam quidem superbiendi, ullaque cristas erigendi causam habeamus. Ad animi trutinam saltem revocemus fragile corpus nostrum, & citra omnem dubitationis aleam in sinum nostrum cum Poëta descendemus:

*Vile quid exornas nitido tam corpus amictu,
Quod cras forte aridis vermibus esus erit.*

§. 46. Sunt nonnulli, iudice *kkkk*) *Augustino*, adeò temerarii, ut creatorem ipsum quasi corrigere non dubitent, quando propriis iisque pulchris crinibus abscessis peregrinos capiti suo admovent: imò alios qui talia non faciunt contemnunt. Hi autem omnium simillimi sunt iis qui ligneis, sed deauratis pedibus incedunt, alios in terim, qui tam elegantes pedes non habent, despiciunt, ut ut ipsi alienis incedant pedibus. Longò fecius adfecti sunt boni ac multò meliùs, qui, mediam tenentes viam, utpote tutissimam, ejusmodi sibi comparant galericula, quæ aliis scandala non pariunt, cogitantes cum Apostolo *III*): Πάντα μοι ἔξῆστιν, ἀλλ' ἢ πάντα συμφέρει. &c. sed ob chartæ penuriam
TANTUM.

iiii) Zu Paris war ein stolzes Weib / die Prangens und Pralens keine Masse wuste / die ließ einer verstorbenen Frauen ihre schöne goldgelbe Haare abschneiden / und brauchte sie auff ihrem Kopffe / als hätte sie so schöne goldgelbe Haar von Natur / ließ die unter den Schleyer herfür hangen. Als sie nun lange damit gepraleet hatte / und einesmals auff einer Hochzeit mit zur Kirchen gehen wolte / und überaus prächtig einher trat / da reiß ein angelegter Affe ab / that sonsten niemand nichts / aber der stolzen Fr. sprang er auff den Rücken / reiß ihr den Schleyer ab / und das frembde Haar heraus / daß es auff die Erden fiel / und sie also mit kalem Kopffe für iederman stehen / und aufgelachet werden muste. vid. *Alph. histor. M. Sachs. lit. A. num. 28. refer. Joh. Moller. Allegor. prof. sacr. sub tit. von der Gerechtfertigung pag. 217. seq. kkkk*) *serm. 247. de Tempore*: Qui quantitatem, inquit, vel formam, quam Omnipotens ac prudentissimus Plasmator finxit, in aliam transfigurare contendit, nonnè ei evidenter dicere videtur, qui se finxit: cur me fecisti sic? Improba temeritas, Creatoris plasmata vilificare, ut quantitatem suam ac formam, quantum in sese est, in aliud transfigurer: quod si à natura haberet, incomparabiliter se habere diceret. Nec ista dicimus à nobis tanquam ex nobis. Habemus patres nostros doctores egregios, qui ante nos contra ista scripserunt & irrefragabili autoritate damnarunt. Audiamus (pergit *Augustinus*) *Paulum* Doctorem gentium, de superflua capillatura dicentem Corinthiis: Vir si comam nutriat, ignominia est illi. Cùm enim vir ex ordinatione DEI primatum habeat supra mulierem, qui contra honorem sui sexus superfluitate capillorum caput velat, primatum suum sibi abjudicat, ut meritò de eo dicatur: homo quùm in honore esset, non intellexit, comparatus est, ut vera dicamus, non tantum mulieribus, sed etiam jumentis insipientibus. Judicio enim legum jure ad obtenta virginitate dejicitur, qui privilegio sibi concessò abutitur. *III*) *1. Cor. 6, 12.*